*composita* = gesetzt, gemässigt, leidenschaftlos. So Quintil. 6, 2, 9 *Affectus igitur hos concitatos παθος, illos mites atque compositos ηθος esse dixerunt;* vgl. auch 11, 3, 110 f.

et mitis oratio. Quam si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere et Laelio. Quid enim est iucundius senectute stipata studiis iuventutis? An ne illas quidem vires senectuti relinquimus, ut adulescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? quo quidem opere quid potest esse praeclarius? Mihi vero et Cn. et P. Scipiones, et avi tui duo L. Aemilius et P. Africanus, comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur, nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atque defecerint. Etsi ipsa ista defectio virium adulescentiae vitiis efficitur saepius quam senectutis; libidinosa enim et intemperans adulescentia effectum corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam imbecillio rem factam quam adulescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer, qui, cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti et duos annos ei sacerdotio praefuit, ita bonis esse viribus extremo tempore aetatis, ut adulescentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere, quanquam est id quidem senile aetatique nostrae conceditur. X. Videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? Tertiam enim aetatem hominum videbat, nec erat ei verendum ne vera praedicans de se nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim, ut ait Homerus, 'ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio'; quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus. Et tamen dux ille Graeciae nusquam

*Scipioni pr. et Laelio.* Concretes Beispiel statt des allgemeinen Ausdrucks: „lernbegierige junge Leute“; zu deren Unterweisung die *senectus stipata studiis iuventutis* aufgefordert wird.

§. 29. An. S. zu §. 15 an eis.

Cn. et P. Dieses et verbindet einfach die beiden Vornamen.

avi tui. S. zu §. 15 pater tuus.

§. 30. apud Xenophontem. In der *Κυρ. παιδεία* 8, 7, 6 sagt der ältere Cyrus (*μάλα δὴ προεβύτης ὦν* §. 1): *τοῦμον γῆρας οὐδεπώποτε ἡσθόμεν τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενίστηρον γιγνόμενον.*

*viginti et duos.* Wegen des et vgl. Cic. Verr. 4, 55, 123 *viginti et septem*; Cicero fil. in Cic. epist. 16, 21, 1 *post diem quadragesimum et sextum.* (S. auch Neue, *Formenl. d. lat. Spr.* II<sup>2</sup>, p. 152 f.; II<sup>1</sup>, p. 109.)

*necesse est mihi dicere.* Schon bei Cic. findet sich der Dat. c. inf. bei *necesse est*, wenn die Notwendigkeit

nicht als eine absolute, den Menschen unbedingt zwingende, sondern als eine nur relativ bestehende hervorgehoben werden soll; z. B. pro Sull. 17, 48 (*Considera*) *utrum magis mihi hoc necesse fuerit facere an istud tibi.*

*est id quidem senile.* Vgl. 23, 82 *ut de me ipse aliquid more senum glorier.*

§. 31. Videtisne, ut. S. zu §. 26.

*apud Homerum.* Vgl. II. A, 260 ff.; A, 667 ff. — Wegen des Folgenden vgl. II. A, 249 ff. *Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ὄζειν αὐδῆ. Τῶ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερῶπων ἀνθρώπων Ἐφθίαθ', οἳ ὁ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο Ἐν Πύλῳ ἡγαθήη, μετὰ δὲ τρίτα τοισιν ἀνασσειν.*

*videbat.* Vgl. Cic. pro Arch. 7, 16 *hic, quem patres nostri viderunt, divinus homo Africanus.*

*nusquam, n. apud Homerum.*

- optat ut Aiacis similes habeat decem, sed ut Nestoris; quod si sibi acciderit, non dubitat quin brevi sit Troia peritura. —
- 32 Sed redeo ad me. Quartum ago annum et octogesimum: vellem equidem idem posse gloriari quod Cyrus; sed tamen hoc quo dico dicere, non me quidem eis esse viribus, quibus aut miles bello Punico aut quaestor eodem bello aut consul in Hispania fuerim aut quadriennio post, cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M'. Glabrione consule; sed tamen, ut vos videtis, non plane me enervavit, non afflixit senectus: non curia vires meas desiderat, non rostra; non amici, non clientes, non hospites. Nec enim unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet 'mature fieri senem, si diu velis senex esse'. Ego vero me minus diu senem esse malle quam esse senem ante quam essem. Itaque nemo adhuc convenire me
- 33 voluit cui fuerim occupatus. — At minus habeo virium quam vestrum utervis. — Ne vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis: num idcirco est ille praestantior? Moderatio modo virium assit et tantum quantum potest quisque nitatur; ne ille non magno desiderio tenebitur virium. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum umeris sustineret bovem: utrum

*similes hab. dec.* u. s. w. Zur Sache vgl. Hom. Il. B, 371 f., wo Agamemnon zu Nestor sagt: *Αἰ γὰρ . . . τοιοῦτοι δέκα μοι συμφορέδμονες εἴεν Ἀχαιῶν τῷ κε τάχ' ἡμῦσσι πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.*

§. 32. *Sed redeo ad me.* Dieselbe kurze Form des *reditus ad propositum* findet sich auch 19, 68; — mit der *revocatio* verbunden: 13, 45. (Seuffert, Schol. lat. I, §. 42.)

*vellem.* S. zu §. 26 *vellem.*

*quod Cyrus.* S. oben 9, 30.

*quo dicere;* ähnlich Lael. 20, 71 *queant dicere.* Gewöhnlich steht *quo* nur mit einer Negation.

*miles.* S. zu §. 10.

*sed tamen . . . enervavit.* Freiere Construction, statt dass eigentlich dem obigen *non me quidem eis esse viribus* auch hier ein Acc. c. inf. hätte entsprechen müssen.

*mature fieri.* Steht kein persönliches Object dabei, so werden die Verba *monere, hortari* auch in guter Prosa mit dem blossen Inf. verbunden; vgl. Cic. de fin. 1, 20, 66 *ratio ipsa monet amicitias comparare;* Sall. lug. 19, 2 *alio properare tempus monet;* Cat. 52, 3; — Cic. pro Sest. 3, 7 *haec minora relinquere hortatur;* Sall. Cat. 5, 9. —

Übrigens ist der Sinn des Sprichwortes eigentlich: „Man muss früh besonnen und mässig wie ein Greis sein, wenn man lange leben will.“ Cato schiebt demselben einen andern Sinn unter, nämlich: „Man muss früh das bequeme Leben eines Greises erstreben“ (Kühner).

*nemo adhuc.* *Nemodum* ist unlateinisch.

*occupatus* = durch Geschäfte behindert, jemanden anzunehmen. So sagt bei Plat. Protag. p. 314 D der Thürhüter von seinem Herrn Kallias: *οὐ σχολή αὐτῷ* (der Herr hat keine Zeit).

§. 33. *centurionis.* Vgl. Veget. 2, 14 *Centurio eligendus est, qui sit magnis viribus et procera statura.*

*Moderatio.* Vgl. oben 9, 27 *Quod est, eo decet uti et quicquid agas agere pro viribus.*

*Olympiae . . . bovem.* Vgl. Athen. 10, 4, p. 412 E: *Μίλων δ' ὁ Κροτωνιάτης, ὡς φησιν ὁ Ἰεραπολίτης Θεόδωρος ἐν τοῖς περὶ ἀγῶνων, ἐν Ὀλυμπίᾳ ταῦρον ἀναθέμενος τοῖς ἄμοις τετραετη καὶ τοῦτον περιενέγκας τὸ στάδιον, μετὰ ταῦτα δαιτρεύσας μόνος αὐτὸν κατέφαγεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.*

igitur has corporis an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? Denique isto bono utare, dum assit; cum absit, ne requiras: nisi forte adulescentes pueritiam, paulum aetate progressi adulescentiam debent requirere. Cursus est certus aetatis et una via naturae eaque simplex, suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data, ut et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas naturale quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat. Audire te 34 arbitror, Scipio, hospes tuus avitus Masinissa quae faciat hodie nonaginta natus annos: cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere; cum autem equo, ex equo non descendere; nullo imbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem: itaque omnia exsequi regis officia et munera. Potest igitur exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris.

XI. Ne sint in senectute vires: ne postulantur quidem vires a senectute. Ergo et legibus et institutis vacat aetas nostra muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri. Itaque non modo quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. — At multi ita sunt imbecilli senes, ut 35 nullum officii aut omnino vitae munus exsequi possint. — At id quidem non proprium senectutis vitium est, sed commune valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te

has, i. e. Milonis, der aus derselben Stadt gebürtig war, wo Pythagoras seine Schule stiftete.

dum assit; cum absit. Der Modus attrahiert durch utare und requiras. iam constantis aetatis (so auch 20, 76) = des gesetzten Lebensalters, d. i. des Mannesalters (vgl. Thuc. 2, 36, 3 ἐν τῇ καθεστῆκυία ἡλικίᾳ). Dieses heisst sonst auch aetas media (20, 76; 17, 60), iam confirmata (epist. 10, 3, 2; de fin. 5, 22, 62), iam firmata (pro Cael. 18, 43; Verg. E. 4, 37), iam corroborata (Cic. Lael. 20, 74 corroboratis iam confirmatisque et ingenii et aetatibus. S. auch zu §. 37 robustus); — aber nicht aetas virilis. Vgl. oben zu §. 4 adul. sen.

§. 34. hospes tuus avitus: „Masinissa, rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit“ (Sall. lug. 5, 4).

siccitatem = feste Gesundheit, frei von Flüssen (καράσσοις).

Ne sint . . . vires. Selbst wenn

dies zugegeben werden müsste, bietet das Alter keinen Anlass zur Klage.

postulantur vires a senectute. Activisch: postulamus vires a senectute.

muneribus iis cett. In Beziehung auf den Kriegsdienst wurden schon die seniores (s. oben zu §. 4 adulesc. sen.) nur ad urbis custodiam (Liv. 1, 43, 2) herangezogen; das 60. Jahr aber befreite von allen Staatsdiensten überhaupt. S. Lange, Röm. Alt. I<sup>3</sup>, p. 474 f. (I<sup>2</sup>, p. 410 bis 412).

§. 35. At multi — At id — Das erste At leitet einen gedachten Einwurf gegen Cato ein; das zweite entgegnet demselben wiederum in Catos eigenem Sinne. So auch 19, 68; Cic. de deor. nat. 1, 41, 115 At etiam de sanctitate . . . libros scripsit Epicurus. At quomodo in his loquitur?

is qui te adoptavit = per adoptionem pater (Plin. epist. 5, 8, 5).

adoptavit; quam tenui aut nulla potius valetudine! Quod ni ita fuisset, alterum illud exstitisset lumen civitatis: ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum id ne adulescentes quidem effugere possint? Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti est, eiusque vitia diligentia compensanda sunt; pugnandum tamquam contra morbum sic contra senectutem;

36 habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus medicis, tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instillet, exstinguuntur senectute. Et corpora quidem exercitationum defetigatione ingravescunt, animi autem exercitando levantur. Nam quos ait Caecilius

*comicos stultos senes,*

hos significat credulos, obliviosos, dissolutos, quae vitia sunt non senectutis, sed inertis ignavae somniculosae senectutis. Ut

*aut . . potius.* Diese mit Unrecht von einigen Grammatikern in Abrede genommene Verbindung findet sich bei Cic. auch Verr. 3, 48, 113 *Erravit, aut potius insanivit Apronius?* Tusc. 1, 11, 23 *ut mors aut malum non sit, aut sit bonum potius.* — Wie sonst, so werden auch in diesem Falle die beiden Teile durch *aut* bestimmt geschieden. Das hinzugefügte *potius* bezeichnet aber den zweiten als denjenigen, welcher als der richtigere erscheint.

*Quod ni ita fuisset.* Dies der classische Ausdruck für das, was seit Quintilian mehr und mehr durch das Adv. *alioqui* (unser: sonst) bezeichnet wird. Vgl. auch 19, 67 *Quod ni ita accideret*; 23, 82 *Quod quidem ni ita se haberet.*

*alterum illud e. lumen.* Das Neutrum *illud* erklärt sich aus der Attraction zu *alterum lumen*. Ähnlich Cic. Phil. 2, 22, 64 *Cn. Pompeium, quod imperii populi Romani decus ac lumen fuit.* Vgl. andererseits auch Cic. de off. 3, 10, 44 *Si omnia facienda sint quae amici velint, non amicitiae tales, sed coniurationes putandae sint.*

*animi* gehört zu *magnitudinem*. *Quid mirum igitur.* Wegen der Stellung des *igitur* vgl. Cic. Tusc. 1, 6, 12 *quid dicis igitur?* 1, 38, 92 *quid curet autem?* Cat. m. 23, 84 *quid habet enim?*

§. 36. *tantum*, in beschränkendem Sinne. So auch 19, 69; Cic. Epist. 4, 3, 4 *Tantum dicam.*

*adhibendum, n. corpori.*

*exercitando* = durch Übung. Passive Bedeutung hat das Gerundium nie. Vgl. Liv. 5, 27, 2 *Instituerat pueros ante urbem lusus exercendique causa producere*; Sall. Jug. 62, 8 *Iugurtha ad imperandum* (= zu weiterer Verfügung, näml. über ihn) *Tisidium vocatur.* — Das (abgesehen von dem Part. *exercitatus*) ausnehmend seltene Verbum *exercitare* ist hier gewählt mit Rücksicht auf das vorhergehende Nomen *exercitationum*. (Die Formen *exercitio, exercitium* sind nicht classisch.) Ähnlich gebraucht Cicero §. 47 *desideratio* (statt *desiderium*) mit Rücksicht auf die Bildung des vorhergehenden Nomens *titillatio*.

*comicos* = *in comoediis*, wie es bei Cic. Lael. 26, 98 heisst. So begegnet uns andererseits bei Hor. ad Pis. 95 der *tragicus Telephus*. — Vollständig lautet die Stelle des Caecilius Statius, aus welcher obiges (iambisches) Fragment entnommen ist, im Lael. §. 99:

*Ut me hodie ante omnes comicos stultos senes*

*Versaris atque ilhisseris lautissime.*

*non senectutis, sed inertis . . senectutis.* Bei einem solchen Gegen-

petulantia, ut libido magis est adolescentium quam senum, nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum; sic ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium. Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam do-<sup>37</sup> mum, tantas clientelas Appius regebat et caecus et senex: intentum enim animum tamquam arcum habebat nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos: metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigebat in illa domo ius patrium, vetus disciplina. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit,<sup>38</sup> si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Ut enim adolescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adolescentis, probō: quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit. Septimus mihi liber 'Originum' est in manibus; omnia antiquitatis monumenta colligo; causarum illustrium, quascunque defendi, nunc cum maxime conficio orationes; ius augurium pontificium civile tracto; multum etiam Graecis litteris utor, Pythagoreorumque more, exercendae memoriae gratia,

sätze markirt der Deutsche die Allgemeinheit des ersten Gliedes durch Hinzufügung von: überhaupt; die lateinische Sprache sieht von einem solchen Zusatze ab. So steht 18, 64 einfach *honore antecedentibus*, im Gegensatz zu der besonderen Art derjenigen, *qui cum imperio sunt*.

*deliratio*. Seltener Ausdruck, der sich übrigens auch Cic. de divin. 2, 43, 90 findet.

§. 37. *robustos*: vom Mannesalter. So Cic. de harusp. responso 20, 42; vgl. auch de re publ. 2, 1, 3 *Rem publicam vobis et nascentem et adultam et iam firmam atque robustam ostendero*. (S. zu §. 33 *iam constantis aetatis*.)

*Appius* = *Ap. Claudius* (6, 16). Die seltneren, nur bei einzelnen gentes vorkommenden Vornamen *Appius*, *Mamercus*, *Servius* werden häufig für sich allein zur Bezeichnung der Personen gebraucht. So sagt Caelius (Cic. epist. 8, 8, 2): *Appius minor*. Vgl. auch die Benennung *via Appia* statt *via Claudia* (dagegen z. B. *via Flaminia*).

§. 38. *Emancipata est*. Vergl. Festus p. 77: *Emancipati duobus modis intelleguntur, aut ei qui ex patris iure exierunt, aut ei qui*

*aliorum fiunt dominii, quorum utrumque fit emancipatione*. — An unserer Stelle ist das Wort in der zweiten Bedeutung zu nehmen, wonach *emancipare alicui aliquid* = jemanden einem andern zu eigen geben; wie Cic. de fin. 1, 7, 24 *filio, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat*; Hor. Epod. 9, 12.

*quod qui sequitur* = wer das nicht ausser Augen lässt.

*Originum*. S. die Einl. p. 8 a. E. *est in manibus*. S. zu §. 22 *in manibus habebat*.

*omnia antiquitatis monumenta colligo*. Über dieses Werk des Cato, welches ein selbständiges neben den übrigen erwähnten (vgl. auch die Einleit. p. 8) gewesen sein muss, wissen wir nichts Bestimmtes.

*nunc cum maxime*. Nach Nepos hatte Cato bereits früher damit angefangen; vgl. Nep. Cat. 3, 2 *Ab adolescentia confecit (= ausarbeiten) orationes*.

*Pythagoreorum*. In den pythagoreischen *χρονᾶ ἐπη* heisst es V. 40 ff.: *Μηδ' ὄπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τοῖς ἕκαστον ἐπελθεῖν. Πῆ παρήβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελείσθη;*

quid quoque die dixerim audierim egerim, commemoro vesperi. Haec sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis; in his desudans atque elaborans corporis vires non magno opere desidero. Assum amicis, venio in senatum frequens utroque affero res multum et diu cogitatas easque tueor animi, non corporis viribus. Quas si exsequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem, quae iam agere non possem; sed ut possim, facit acta vita. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intellegitur quando obrepat senectus: ita sensim sine sensu aetas senescit nec subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur.

- 39 XII. Sequitur *tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus*. O praeclarum munus aetatis, si quidem id auctoritas nobis, quod est in adolescentia vitiosissimum! Accipite enim, optimi adolescentes, veterem orationem Archytae Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est, cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat

*ultra affero* = Uranträge. S. z. B. oben zu §. 18 *denuntio*.

*multum et diu*. S. zu §. 9 *diu multumque*.

*Quas si exsequi nequirem*. Vgl. oben 9, 28 *Quam si ipse exsequi nequeas*.

*viventi* gehört sowohl zu *intellegitur*, als zu *obrepat*.

*sensim sine sensu . . . senescit*. Dergleichen Allitterationen (vgl. auch 16, 55 *ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare*; die Worte des Ennius in 20, 73) kommen oft vor, selbst im Übermasse, wie man aus dem bekannten Extreme (*eiusdem litterae nimia assiduitas*, Rhetoric. ad Herenn. 4, 12, 18) des Ennius sehen kann, der den T. Tatius anredet:

O Tite, tute, Tati, tibi tanta, tyranne, tulisti.

Übrigens liegt in den Worten *sensim sine sensu* eigentlich ein etymologischer Widerspruch, da *sensim* ursprünglich, im Gegensatze zu einem unvorbereiteten Ereignisse, eben das Merkliche einer allmählichen Entwicklung bezeichnet. Indessen trat später der allgemeine Begriff allmählich so in den Vordergrund, dass *sensim* a. u. St. einfach dem vorhergehenden *obrepat*,

wie *sine sensu* dem *non intellegitur*, entsprechen kann. Vgl. Hor. Sat. 2, 5, 48: *leniter in spem arrepe. nec . . . frangitur, sed . . . exstinguitur*. Über die Ungleichartigkeit der Metaphern vgl. Nägelsbach, Stil. p. 361 (§. 128, 2).

§. 39. *tertia*. Vgl. oben 5, 15. — Wegen des Übergangs zum dritten Hauptteile s. zu §. 27.

*voluptatibus*. Dies Wort bezeichnet (Cic. de fin. 2, 4, 14) entweder *laetitiam in animo*, oder *commotionem iucunditatis suavem in corpore*. Auf erstere kommt Cato erst 14, 49 ff. zu sprechen: zunächst handelt er nur von der *voluptas corporis* (13, 45).

*aetatis* = der Jahre; und zwar hier in der *senectus*, wie der Zusammenhang zeigt. (Vgl. zu §. 47 *affecto aet.*) Dagegen kann *aetas* andererseits auch ebensowohl auf die Jugend bezogen werden; wie 13, 45: *erat quidam fervor aetatis*.

*adolescentes*. Laelius und Scipio waren beide über 30 Jahr alt; s. aber oben zu §. 4 *adulescentiae senectus*.

*pestem*, regelmässig nur metaphorisch. Im eigentlichen Sinne wird *pestilentia* gebraucht.

a natura datam, cuius voluptatis avidae libidines temere et ecfrenate ad potiendum incitarentur. Hinc patriae prodiones, 40 hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci; nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari aliis illecebris nisi voluptatis. Cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiae locum esse, 41 neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intellegi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima: nemini censebat fore dubium quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum quam voluptatem, si quidem ea, cum maior esset atque longior, omne animi lumen exstingeret. — Haec cum C. Pontio Samnite, patre eius, a quo Caudino proelio Sp. Postumius T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam Nearchus Tarentinus hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se a maioribus natu accepisse dicebat, cum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Camillo Ap. Claudio consulibus reperio. Quorsus hoc? ut intellegeretis, si voluptatem aspernari ratione 42 et sapientia non possemus, magnam esse habendam senectuti

*a natura datam.* Vgl. §. 40 *cum homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset.*

*voluptatis.* Das Nomen ist der Deutlichkeit wegen neben dem Relativpronomen wiederholt; vgl. pro Rosc. Am. 26, 72 *tanti maleficii crimen, cui maleficio cett.*, und besonders häufig bei Cicero: *dies . . . quo die.*

*ecfrenate.* Über die Form s. zu 3, 9 *ecferunt.*

§. 40. *excitari.* Zur Unterscheidung dieses Verbs von dem ähnlichen *incitare* (§. 39 extr.; §. 41) vgl. Cic. ad Q. fr. 1, 1, 16, 45 *Haec non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitasse, sed potius ut currentem incitasse videatur.*

§. 41. *percipi*, n. *sensibus* (nicht *animo*).

*pestiferum*, weist zurück auf §. 39 *nullam capitatiorem pestem.*

*longior.* So haben die besten Handschriften; nicht *longinquior*. Die temporelle Bedeutung ist selten; doch wird sie gesichert durch den entsprechenden Gebrauch des Adverbs (Caes. de b. G. 4, 1, 7 *neque longius anno remanere licet*; Sall. Cat. 28, 1 *neque urbem longius tueri poterat*).

*patre eius*, d. h. des gleichnamigen Mannes. So Nep. Hannib. 6, 1 *Bellum gessit adversus P. Scipionem, filium eius, quem ipse apud Padum fugarat.*

*L. Camillo Ap. Claudio cos.* Über die Zeitbestimmung s. d. Verzeichn. d. Eigennamen unter *Plato*.

§. 42. *Quorsus hoc?* Der Sing. steht, weil es nur auf die *veterem orationem Archytæ* (§. 39) zurückgeht. So Cic. Brut. 85, 292 *Quorsus, inquam, istuc?* — Dagegen der Plural: Cat. m. 5, 13; 13, 44; Lael. 12, 42.



gratiam, quae efficeret ut id non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis ut ita dicam praestringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Invitus feci ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem, L. Flamininum, e senatu eicerem septem annis post quam consul fuisset, sed notandam putavi libidinem. Ille enim cum esset consul in Gallia exoratus in convivio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est; mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perdita libido, quae cum probro privato coniungeret imperii dedecus.

- 43 XIII. Saepe audivi ex maioribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cineia esse quendam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes M. Curium et Ti. Coruncanium optare solitos ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vix-

ut ita dicam, zur Entschuldigung der in *mentis oculos* liegenden kühneren Metapher (statt des gewöhnlichen: *aciem mentis praestringere*, de divin. 1, 29, 61).

*Invitus feci ut.* *Ut* (im Gegens. zu *quod*) weist auf das Zustandekommen des Entschlusses hin. So Lael. 1, 4 *Feci non invitus, ut prodessent multis.*

*septem annis.* S. zu §. 19 *novem annis.*

*Gallia*, nämlich *cisalpina*. Es war auf seinem consularischen Feldzuge gegen die Boier.

*securi feriret*, und zwar beim Mahle selbst, und vielleicht mit eigener Hand. — Livius (39, 43, 2 und 3) erzählt ausführlicher nach Valerius: *Placentiae famosam mulierem, cuius amore deperiret, in convivium arcessitam. Ibi iactantem sese scorto inter cetera rettulisse, quam multos capitibus damnatos in vinculis haberet, quos securi percussurus esset.* (*Percussi, percussum* ersetzen Perf. und Sup. von *ferio*.) *Tum illam infra eum accubantem securi ferientem, et pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem, unum*

*ex illis miseris attrahi iussum securi percussisse.* — Einem ähnlichen Berichte lässt Cicero seinen Cato folgen, während der historische Cato (nach Liv. 39, 42, 7 u. 10) in seiner *oratio gravissima (qua si accusator ante notam, non censor post notam usus esset, retinere L. Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset)* den L. Flaminium (*εἰς δεινωσιν τῆς κατηγορίας*, Plut. Flamin. 18) noch schlimmer dahin beschuldigte, dass er einen *nobilem Boium, qui cum liberis transfuga venisset, cum introductus in tabernaculum alloqui consulem coepisset, inter sermonem ad nutum scorti stricto gladio getötet habe.*

§. 43. *audivi — audientes.* *Audire* ist in freiem Wechsel zweimal mit *ex*, zweimal mit *a* construiert. *audisse . . . audisset.* Über die Formen s. zu 7, 22 *quaesisse.*

*regem Pyrrhum.* Wenn *rex* nicht (wie 17, 59) attributive Bestimmungen bei sich hat, so steht es gewöhnlich vor dem Namen. Vgl. Cicero *pro rege Deiotaro.*

*quendam Athenis.* Er meint den Epikur, der 270 starb.

rat M'. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulens se pro re publica quarto consulatu devoverat: norat eundem Fabricius, norat Coruncanus: qui cum ex sua vita tum ex eius, quem dico, Decii facto iudicabant esse profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod sua sponte peteretur quodque spreta et contempta voluptate optimus quisque sequeretur. Quorsum igitur tam multa de voluptate? Quia non 44 modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magno opere desiderat. Caret epulis exstructisque mensis et frequentibus poculis. Caret ergo etiam vinulentia et cruditate et insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus — divine enim Plato 'escam malorum' appellat voluptatem [quod ea videlicet homines capiantur ut pisces] —, quanquam immoderatis epulis caret senectus, modicis tamen convivii delectari potest. C. Duellium M. F., qui Poenos classe primus devicerat, redeuntem a cena senem saepe videbam puer; delectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat: tantum licentiae dabat gloria. Sed quid ego alios? 45 ad me ipsum iam revertar. Primum habui semper sodales. Sodalitates autem me quaestore constitutae sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus, omnino

*vixerat* .. cum bezeichnet eine nähere Lebensgemeinschaft, wie es im Laelius (1, 2) ausdrücklich heisst: *quocum coniunctissime et amantissime vixerat*. Vgl. Lael. 4, 15; pro Arch. 3, 6.

*quinquennio*. S. zu §. 10 *quadr. post*.

*Curius, Fabricius, Coruncanus*. Dieselben Männer werden oben 6, 15 zusammen angeführt.

*norat eundem* = P. Decium.

*quod sua sponte peteretur*. Eigentlich müsste es heissen: *quod sua sponte homines peterent*.

§. 44. *sed etiam summa laus*. S. zu §. 2 *sed moll. etiam*.

*vinulentia, vinulentus* (nicht *vinol.*) haben hier und fast an allen Stellen bei Cicero die besten Handschriften.

*escam malorum*. Vgl. Cic. Hortens. fr. 76 (Halm): *voluptates corporis, quae vere et graviter a Platone dictae sunt illecebrae esse atque escae malorum*. Plato nennt nämlich die ἡδονήν (Tim. p. 69 D) μέγιστον κακῶν δέλεαρ.

M. F. = Marci filium.

*crebro* = häufig, wie vorher *saepe*. In jedem einzelnen Falle ward ihm nur eine Fackel vorangetragen; vgl. Perioch. Liv. 17 (s. Verzeichn. der Eigenn. s. v. Duellius); Val. Max. 3, 6, 4.

*nullo exemplo* (= ohne vorgängiges Beispiel; wie Verr. 2, 27, 67; 38, 93) *privatus*. Er war der erste, der nicht nur am Abend seiner Triumphfeier, sondern auch in seinem späteren Leben jene Ehre genoss.

§. 45. *Sed quid ... revertar*. S. zu §. 32 *Sed redeo ad me*.

*habui semper sodales*. Unter *sodales* sind hier nicht Mitglieder bestimmter Priestercollegien zu verstehen (wie die uralten *sodales Titii*, Tac. ab exc. d. Aug. 1, 54), sondern in allgemeinerem Sinne Mitglieder von Genossenschaften (*sodalitates*), welche sich an bestimmten Tagen des Jahres zu Festmahlzeiten vereinigten. — *sacris .. acceptis*. Über die Einführung des Cultus der *Cybele* von *Pessinus* und dem Phryg. Berge *Ida* s. Liv. 29, 10. 11. 14.

*omnino*. S. zu §. 28.

modice, sed erat quidam fervor aetatis, qua progrediente omnia fiunt in dies mitiora. Neque enim ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis quam coetu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, 'convivium' nominaverunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum 'compotationem', tum 'concentrationem' vocant, ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.

- 46 XIV. Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate atque vobiscum, habeoque senectuti magnam gratiam, quae mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant — ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est fortasse quidam naturalis modus —, non intellego ne in istis quidem ipsis voluptatibus carere sensu senectutem. Me vero et magisteria delectant a maioribus instituta et is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur in poculo, et pocula, sicut in Symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia, et refrigeratio aestate et vicissim aut sol aut ignis hibernus. Quae quidem etiam in Sabinis persequi soleo conviviumque vicinorum cotidie compleo, quod ad multam noctem quam maxime possumus vario sermone producimus. — At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo, sed ne desideratum quidem;

aetatis. S. zu §. 39.  
compotationem . . . concentrationem.  
Cf. Cic. epist. 9, 24, 3 *Sapientius nostri quam Graeci: illi συμπόσια aut συνδειπνα, id est compotationes aut concentrationes; nos convivia, quod tum maxime simul vivitur.*

§. 46. tempestivis conviviis. Die gewöhnliche Essenszeit war 2—3 Uhr. *Tempestiva* wurden diejenigen *convivia* genannt, welche schon vor der gewohnten Stunde, früh am Tage (*de die*), begannen. Sie pflegten dann meistens zugleich auch erst spät zu endigen.

*magisteria* = *συμποσιαρχία*. — Diese organisierten Zechgelage unter dem Präsidium eines *magister* (oder *arbiter*) *bibendi* (*συμποσιαρχος*) stammten übrigens von den Griechen her; daher *Graeco more bibere*.  
*a summo*. Die drei Sofas (*lecti*) der hufeisenförmigen römischen Speisetafel, sowie die drei Plätze auf jedem derselben, wurden von links nach rechts hin *summus*, *me-*

*dus* und *imus* genannt. *A summo* (n. loco *summi lecti*) heisst also: vom linken Eckplatz der ganzen Tafel an rechts herum (*ἐνδέξια*); z. B. *a summo bibere*.

*in Symp. Xen.* Hier heisst (*est*) es nämlich 2, 26: ἦν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυννά ἐπιψεκάξωσιν (cf. *rorantia*), οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι, πρὸς τὸ παγνιαδιέστερον ἀφιζόμεθα.

*et refrigeratio . . . hibernus*. In den Häusern der angesehenen Römer gab es verschiedene *triclinia*, andere für den Sommer (*aestiva*), andere für den Winter (*hiberna*, *hiemalia*). Vgl. auch unten 16, 57. [Brieger, Progr. Posen 1873 p. 4 will die betr. Worte einklammern.]

*in Sabinis*. S. die Einleit. p. 7 (a. 234).

§. 47. *desideratio*. S. zu §. 36 *exercitando*. (*Baiter* liest mit cod. L. vielmehr *desideratur*.)

nihil autem est molestum quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam affecto aetate quaereret, utereturne rebus veneriis: 'Di meliora!' inquit; 'libenter vero istinc sicut a domino agresti ac furioso profugi.' Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse et molestum est carere, satiatis vero et expletis iucundius est carere quam frui; — quanquam non caret is, qui non desiderat: ergo non desiderare dico esse iucundius. Quod si istis ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius; 48 primum parvulis fruitur rebus, ut diximus; deinde iis, quibus senectus, etiam si non abunde potitur, non omnino caret. Ut Turpione Ambivio magis delectatur qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam qui in ultima; sic adulescentia voluptates propter intuens magis fortasse laetatur, sed delectatur etiam senectus, procul eas spectans, tantum quantum sat est. At 49 illa quanti sunt, animum tamquam emeritis stipendiis libidinis ambitionis, contentionum inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse secumque, ut dicitur, vivere! Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otiosa se-

*est molestum ist* Prädicat zu *nihil quod non desideres*.

*affecto aetate* = mitgenommen, angegriffen von den Jahren (so auch Cic. Catil. 2, 9, 20); wie Sall. Cat. 6, 6 *Corpus annis infirmum*. Genauer Cic. de orat. 3, 18, 68 *illum iam affectum senectute*. Vgl. oben zu §. 39 *aetatis*.

*quaereret*. S. zu §. 13 *quaeretur*.

*Di meliora*, elliptisch. Vollständig z. B. Ov. Met. 7, 37 *Di meliora velint*. — *istinc* = *ab istis rebus veneriis*. — Die ganze Stelle ist entnommen aus Plat. de re p. 1, p. 329 C, wo Sophokles antwortet: *εὐφήμει, ὡ ἀνθρώπων ἀσμεναίτατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυτῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποστυγῶν*.

*non desiderare*. Berichtigung des vorhergehenden Infinitivs *carere*.

§. 48. *Turpione Ambivio*. War das *praenomen* (hier *L.*), der eigentliche Individualname der Römer, weggelassen, so trat in der älteren Zeit an seiner Statt das *cognomen* (hier *Turpio*) voran, und das *nomen gentilicium* (hier *Ambivius*) schloss sich nun adjectivisch diesem an (vgl. im Griech. *Κάτων ὁ Πόρκιος*). — Caesar (de b. c.; z. B. 3, 1 *Iulius*

Caesar) wich freilich entschieden hiervon ab, und seine Weise ist später die herrschende geworden. Cicero dagegen folgt dem älteren Brauche; z. B. Verr. 3, 62, 145 *Albam Aemilium*; Phil. 12, 9, 23 *Len-tonis Caesennii*; ad Att. 11, 12, 1 *Balbo Cornelio* (drei Stellen, welche im Philol. XXII, p. 483 nachzutragen sind). — Die Stellung *Atilio Calatino* (Cat. m. 17, 61; de deor. n. 2, 23, 61; pro Planc. 25, 60) erklärt sich daraus, dass die von dem campanischen Orte Calatia stammende Bezeichnung *Calatinus* nicht als eigentliches *cognomen fixum* angesehen ward.

*in prima cavea, in ultima*. Statt *ultima* sagt Seneca (de tranquill. animi 11) *summa cavea*. Vgl. die Verbindungen in *summo monte, in media urbe* u. a.

*magis fortasse laetatur, sed delectatur etiam*. Man könnte daran denken, durch leichte Änderung auch hier Gleichheit der Verba herzustellen, wie vorher *fruitur* — *fruitur, delectatur* — *delectatur*.

§. 49. *emeritis stipendiis*. Im Kriegswesen der Römer umfasste die Dienstpflicht 16 ganzjährige Feldzüge. S. Lange, Röm. Alt. 1<sup>a</sup>, p. 545 (1<sup>a</sup>, p. 473).

nectute iucundius. . . videbamus in studio dimetiendi paene caeli atque terrae Galum familiarem patris tui, Scipio. Quotiens illum lux noctu aliquid describere ingressum, quotiens nox oppressit cum mane coepisset! Quam delectabat eum de-  
 50 fectiones solis et lunae multo ante nobis praedicere! Quid in levioribus studiis, sed tamen acutis? Quam gaudebat Bello suo Punico Naevius! quam Truculento Plautus, quam Pseudolo! Vidi etiam senem Livium, qui, cum sex annis ante quam ego natus sum fabulam docuisset Centone Tuditanoque consulibus, usque ad adulescentiam meam processit aetate. Quid de P. Licinii Crassi et pontificii et civilis iuris studio loquar aut de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? Atque eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantis senes vidimus. M. vero Cethegum, quem recte *'suadae medullam'* dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem! Quae sunt igitur epularum aut ludo-

. . . videbamus. S. hinten das Verzeichn. der Textabweichungen.

paene gehört zu den beiden folgenden Genetiven, die zusammen das ganze Weltall bezeichnen.

Galum. Über die Schreibung s. im Verzeichn. der Eigennamen zu Sulpicius.

patris. So sagt Scipio bei Cic. de re publ. 1, 15, 23 *Et ipse (Galum) diligebam, et in primis patri meo Paulo carum fuisse cognoveram.*

aliquid describere = eine Zeichnung machen.

praedicere. Vgl. das Namenverzeichnis s. v. Sulpicius.

§. 50. levioribus, wegen ihrer geringeren Brauchbarkeit im Staatsleben, das für den praktischen Römer immer die Hauptsache ausmachte.

Pseudolo. Latinisierte Form für das Griech. *Ψευδύλος*; vgl. *ἀγκύρα ancōra, κύκλωψ cocles, λάγνος lagona*. Diese Form mit o, welche hier die beste Hdschr. bietet (LQ. u. a. dagegen *Pseudulo*), scheint auch Plautus selbst gebraucht zu haben (Fleckoisen, N. Jahrb. 1866, 93, p. 9—12).

sex annis. S. zu §. 19 *novem annis*.

Centone Tuditanoque cos. Der seltenere Gebrauch von *que* (statt *et*) bei Consulatsdatierungen findet sich z. B. auch Cic. ad Att. 5, 21, 11 *Lentulo Philippoque cos.*; Tac. Agric. 44; Flor. 3, 21, 18. (Andererseits Liv. 22, 42, 11 *Servilio atque Atilio cos.*)

huius P. Sc. S. zu §. 14 *hi consules*. — Übrigens ist hier *P. Scipio Nasica Corculum* zu verstehen.

Atque eos omnes . . . *Atqui*, wie man früher las, würde eine *propositio minor* einleiten; diese ist hier aber nicht am Platze, da von den genannten Männern dasselbe schon im Vorhergehenden ausgesagt ist.

Ennius; „in nono annali“ (s. das Namenverzeichnis unter *Ennius*):

. . . *is dictust popularibus ollis,  
 Qui tum vivebant homines atque  
 aevum agitabant,*

*Flos delibatus populi suadaeque  
 medulla.*

*πειθὸν quam vocant Graeci, cuius effector est orator* (Plat. Gorg. p. 453A *πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορικὴ*), *hanc suadam appellavit Ennius, ut, quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis sessitavisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit* (Cic. Brut. 15, 58f.). — Cicero scheint zu schwanken, ob er *suada* als Appellativum (vgl. *cuius effector*), oder als Namen der Göttin (vgl. *quam deam*) fassen soll. Der bildliche Ausdruck *medulla* empfiehlt das Erstere (vgl. auch Quint. 2, 15, 4).

*Quae sunt . . voluptates . . comparandae?* In der rhetorischen Frage liegt der Sinn einer Verneinung; daher darf auch in ihr der Begriff des Könnens durch das Gerundi-

rum aut scortorum voluptates cum his voluptatibus comparandae? Atque haec quidem studia doctrinae; quae quidem prudentibus et bene institutis pariter cum aetate crescunt, ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, 'senescere se multa in dies addiscentem'; qua voluptate animi nulla certe potest esse maior.

XV. Venio nunc ad voluptates agricularum, quibus ego <sup>51</sup> incredibiliter delector, quae nec ulla impediuntur senectute et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quae nunquam recusat imperium nec unquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum faenore. Quanquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat. Quae cum gremio mollito ac subacto sparsum semen exceptit, primum id occaecatum cohibet —, ex quo 'occatio' quae hoc efficit nominata est —; deinde tepefactum vapore et compressu suo diffundit et elicit herbescentem ex eo viriditatem, quae nixa fibris stirpium sensim adolescit culmoque erecta geniculato vaginis iam, quasi pubescens, includitur; e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Quid ego vitium ortus, satus, incre- <sup>52</sup> menta commemorem? Satiari delectatione non possum, ut meae senectutis quietem oblectamentumque noscatis. Omitto

vum wiedergegeben werden. So auch 18, 64.

*his voluptatibus.* S. zu §. 39 *voluptatibus.*

*haec quidem.* Der Gegensatz dazu kommt erst Cap. 15 (*Venio nunc*) und zeigt, dass die *prudentes et bene instituti* nicht die Einzigen sind, die Genuss im Alter haben können.

*ut honestum sit* = dass Ehre macht, zur Ehre gereicht.

*ante dixi.* S. 8, 26.

§. 51. *ad sapientis . . . accedere.* Cato selbst sagt (de re rust. proem.): „*Virum bonum cum laudabant (maiores nostri), ita laudabant: Bonum agricolam bonumque colonum.*“

*Habent rationem* = Sie stehen in Rechnung. — In ähnlichem Gleichnisse sagt Ov. Met. 5, 479 f. von der Ceres: „*arvaeque iussit Fallere depositum, vitiatque semina fecit.*“

*recusat imperium.* Ein ähnlicher bildlicher Ausdruck bei Tac. Germ. 26: *sola terrae seges imperatur.*

*subacto.* Vgl. 17, 59 *humum subactam*; Cic. fragm. (p. 981, 12 H.) *segetes agricolae subigunt aratris multo ante, quam serant.*

*ex quo occatio . . . nominata.* In dieser, so wie in der Varronischen (de re rust. 1, 31, 1 *Quod ita occidunt glebas, occare dictum*) Ableitung des Wortes *occatio* zeigt sich das noch oberflächliche, spielende Etymologisieren, welches uns bereits bei Ennius entgegentritt, der z. B. (Epicharm. fr. 4) Ceres davon ableitet, *quod gerit frugis.* — *Occa*, Egge, gehört zu der den Begriff des Scharfen in sich schliessenden Wurzel *ak.*

*tepefactum* ist der Accusativ.

*diffundit* = dehnt aus.

§. 52. *Quid . . . commemorem?* Figur der *praeteritio.* Vgl. §§. 53; 54; 57.

*ortus* weist nur auf die Naturkraft, *satus* auf die Tätigkeit der Menschen hin.

*ut . . . noscatis.* Solche Finalsätze, welche angeben, warum der Redende gewisse Mitteilungen mache,

enim vim ipsam omnium, quae generantur e terra, quae ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo aut ex ceterarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet; malleoli plantae sarmenta vivradices propagines nonne efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quae natura caduca est et, nisi fulta est, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, claviculis suis quasi manibus quicquid est nacta complectitur; quam serpentem multiplici lapsu et erratico, ferro amputans, coërcet ars agricularum, 53 ne silvescat sarmentis et in omnes partes nimia fundatur. Itaque ineunte vere in iis, quae relicta sunt, existit tamquam ad articulos sarmentorum ea quae gemma dicitur, a qua oriens uva se ostendit, quae et suco terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustatu, dein maturata dulcescit vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores: qua quid potest esse cum fructu laetius tum aspectu pulchrius? Et vitis quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura et natura ipsa delectat: adminiculorum ordines, capitum iugatio; religatio et propagatio vitium; sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immissio. Quid ego irrigationes, quid fossiones agri repastinationesque proferam, quibus 54 fit multo terra fecundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? — Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi. — De qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri

stehen gewöhnlich voran; wie 17, 59 *Ut intellegatis* . . . , *Socrates loquitur*. Vgl. dagegen auch 16, 55 nachgefügt: *ne videar vindicare*.

*quae generantur e terra* = Pflanzen. So Cic. Tusc. 5, 13, 37 *ita ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur*; de fin. 5, 4, 10 *res quae e terra gignuntur*; Sall. Jug. 79, 6 und 93, 4 *gignentia*. — Dagegen drei Zeilen weiter *plantae* = Setzlinge.

*cum admiratione delectent* = „mit Freude und Bewunderung erfüllen“; daher *cum*. Vgl. Cic. epist. 5, 12, 5 *quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat?*

§. 53. *ea quae gemma dicitur* = das sogenannte Auge. — Zu bemerken ist die Attraction des Geschlechts: *quae* wird durch *gemma* bedingt, *ea* wiederum durch *quae*.

*ut ante dixi*. Vgl. §. 51: *Quaquam me quidem non fructus modo, sed*

*etiam ipsius terrae vis ac natura delectat*. Was dort vom Landbau im allgemeinen gesagt ist, wird an unserer Stelle im besonderen auf den Weinbau bezogen.

*capitum*, nämlich der vorher erwähnten *adminiculorum*, die durch Querlatten verbunden werden.

*religatio*. Das Substantiv kommt sonst nicht vor. — *propagatio* = das Weiterziehen.

*Quid..proferam? Quid..loquar?* S. zu §. 52.

§. 54. *de rebus rusticis*. Der Plural (vgl. auch 16, 55; pro Rosc. Am. 17, 49 *quo studio et qua intellegentia esse in rusticis rebus*) bezeichnet die mannigfaltigen ländlichen Beschäftigungen ohne Rücksicht auf ihren systematischen Zusammenhang; während der Titel jener Caton. Schrift „*de re rustica*“ eine Behandlung der Landwirtschaft in ihrer Gesamtheit ankündigt.

*Hesiodus* . . . *de cultura agri*, nämli. in seinen Ἔργα καὶ ἡμέραι.

scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante saeculis fuit, Laërtam lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit. Nec vero segetibus solum et pratis et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis, tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agri cultura sollertius.

XVI. Possum persequi permulta oblectamenta rerum rusticarum, sed ea ipsa, quae dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis autem: nam et studio rerum rusticarum proventus sum, et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphavisset, consumpsit extremum tempus aetatis. Cuius quidem ego villam contemplans — abest enim non longe a me — admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samniti cum attulissent, repudiati sunt. Non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Poteratne tantus animus efficere non iucundam senectutem? Sed venio ad 56 agricolas, ne a me ipso recedam. In agris erant tum senatores, id est senes, si quidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntia-

*multis*: von Hesiod aus gerechnet. Relativer Begriff; vgl. zu §. 27 modo.

*saeculis*. S. zu §. 24 *saeculo*.

*fuit*; = er lebte. So oben 7, 21 *qui sunt* = welche jetzt leben.

*Laertam*. Auch bei den auf *-es* ausgehenden Wörtern der 1. Declin. findet sich zuweilen der Acc. auf *-am*:

